



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum
Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**

Segneri, Paolo

Dilingæ, 1699

IV. Humiliatio tua in medio tui. Os. 9. 14.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](#)

bit. *Hoc est antem iudicium*, inquit Dominus, *quia lux venit in mundum*, & *dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* Jo. 3. 19. Erit igitur alleganda fragilitas: at quomodo, si illa fuit voluntaria & fuili fragilis, ita est, sed cur? quia voluisti esse fragilis, nec usurasti opportuna remedia, quæ ad restaurandas vires tibi Dominus concepit. Tempore tentationis ad ejus patrocinium non recurrebas, sacrae Confessionis & Communionis frequentiam non curabas, malas occasiones, ut poteras, non declinabas. Eritne igitur excusabilis, si cecidit, qui juveni noluit, qui adminiculum neglexit, qui præcipito se commisit? non erit, qui vel hiscere audeat, ne deterior redatur causa. *Omnis iniquitas oppilabit os suum.* Ps. 106. 42.

4. Considera, si, concessu perbenignè defensionis loco, non habetas in favorem tuum, quod respondeas, hinc infallibiliter inferri aliud superesse nihil quam æternæ damnationis sententiam. Itaque ne graveris denuo co-

gitare, quid facies si nescis, quid facias, cum surrexerit ad iudicandum Deus, scis, quid facies, cum federis ad damnandum. Converti poteris ad mortes, & rogare, ut cadentes ruinâ te solvant, ad marimora, ut te conterant, ad molares, ut te comminuant, ad vaginas terræ, ut aperto hiatu te absorbeant. Sed quid proderit? non enim tempus supplicationis, ut prius, sed supplicij. *Indutus est Dominus vestimentis ultionis.* Is. 39. 17. Quid igitur te fieri, si ejus ore, qui quondam Advocatus erat tam benevolus, audire addici flammis infernalibus? si tu, qui fert sententiam, homo forer extraneus, alienus, aversus, excipere licet & obiecere crudelitatem. Sed est Advocatus, qui in Cruce omnem pro te sanguinem profudit. Et qui deinde ad dextram Patris aliud non regit, quam ut pro te rogareret, pro te peroraret, & modis omnibus studere cœlo te inferre. Non potest ejus sententia non esse irrefragabilis, si ad inferorum supplicia te condemnauerit.

IV.

*Miche: 6
Humilitatio sua in medio sui. Of. 14.*

1. Considera, ut copiosam invenias materiam te humiliandi, opus non esse foras evagari, tantummodo intra te ipsum illam quare: *Humilitatio sua in medio sui.* Si te fortis species, facile contingit superbire, quia forte videbis te decorè vestitum, fulgentem ostro, fulgurantem auro; videbis col-

locatum in gradu dignitatis, aulicis obsequijs, & populari plausu honoratum, estimatum. Sed non ita, si bene intraspicias te ipsum: *in inmediato.* Satis est, si haec tria crebro cogites, quis fueris, quis sis, & quis futurus sis. harum considerationum qualibet sufficiet ad deprimentium fastum. Unde vides

IV. DIE M A R T I L

22

vides non definiri tempus: *Humilia-*
tio tua in medio tui. non dicitur: *fuit,*
necepsit, nec *Erit.* Sed absque diffe-
rentia temporis, quia, quocunque ex-
dicis te consideres, humiliabis te
ipsum.

2. Considera proinde bene iniqui-
racem vita tuae præteritæ. ingratitudi-
nei presentis, incertitudinem fu-
ture. In quām miserabili statu ver-
baris, quando jam redactus in po-
*statum Satanae serviebas illi ut vile
mancipium, desertus à DEO, infelix,
deformis, imò abominabilis, & reus
flammarum, quæ tibi in profundissi-
mo inferni barathro parabantur?
Nunc verò ponamus te miseratione
DEI erexit hoc statu, considera ta-
men, quām ingratum te exhibeas li-
beratori tuo. Quomodo respondes
Domino? quæ hujus rei cogitatio?
quis sermo? quo desiderio flagras illi
præbendi gustum? nonne maximus
*est repor tuus, in rebus ad ejus servi-*tu**
tum pertinentibus? vide potius, ut
tuus servias cupiditatibus, vanus, ita-
cundus, impatiens, & ad quocunque
*genus peccati etiam fœdissimi propen-*sus.**
Jam verò quoad futurum, an
*divinare potes, quid denique te fu-*tu**
*rum sit, existente voluntate adeo in-*stabi**
lili & infirmâ, qualis est tua? vidi-
*mus nutare etiam columnas firma-*menti,**
imò & prolabi. Quid de te
fiet, arundine fragili, quæ omni vento
se inclinat? Una affectio vehemens,
quæ in te dominatur, nonne sufficit,
ut te prostrernat? & prostratus cùm*

fueris, unde scis, te denuò surrectu-
rum, aut redditum ad frugem? uade-
scis, quo modo sis moriturus?

3. Considera, si quid etiam boni in
te resideret, id non esse natum in tuo
fundo, sed cœlitus concessum. De-
sum est. Terra tua ex se non est
apta nisi spinis & tribulis proferendis.
& sic vides intra te revera non esse nisi
meram humiliationis materiam: *in*
medio tui. Erru nihilominus tam agre-
re demittis?

4. Considera hanc humiliationem,
quam à te requiro, non tantum esse
debere tuam, sed in medio tui, hoc est,
in intimo cordis. Non enim sufficit,
ut mente te humilias, speculativâ qua-
dam ratione cognoscendo, te esse mi-
serabilem, in quocunque statu species
ipsum, præterito, presenti, vel fu-
turo, & quidquid habes boni, à DEO
proficiisci, sed necesse est id etiam pra-
cicè cognoscere, ita ut ex corde dicas
esse, idque tibi adeo sit perfusum,
ut nullo tangaris sensu ejus æstimatio-
nis externæ, quæ tibi aliunde adveniat.
sed statim eam DEO reddas, reddas
cogitatione; reddas verbo; exemplo
Virginis, cùm se ab Elisabetha laudari
audivit.

5. Considera non dici *Humiliatio*
aliena, dici Tua, & hæc unicè debet
esse in medio tui. Decet enim, ut in
corde tuo inhabiter vivils æstimatio tui,
non aliorum. Sed quām facile con-
trarium accidit, quia semper cogitas
alienos potius defactus quam
tuos.

M. 3

V.